


**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rudolphus Redeker/ I.C. ac  
Pandectarum Professor Publ. ... Ad Exequias Quas ... Casparo Habermanno,  
I.U.D. & Prof. Instit. Celeberrimo Vidua eius Moestissima Hodie, in Aede Mariana,  
circa horam primam paratas cupit, Omnes omnium ordinum cives Academicos  
amanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1676

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777527162>

Druck Freier  Zugang




Redeker, H. R.,


in C. Habermann.

R. 1676.

72.







4A53

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

HEINRICUS RU-  
DOLPHUS *Redeker*

J. C. ac Pandectarum Professor Publ.  
Consistorii item Ducalis

AD EXEQUIAS

Quas

*Viro Consultissimo & Excellentissimo*

DOMINO



CASPARO  
HABERMANNO,

J. U. D. & Prof. Instit. Celeberrimo

VIDUAEJUS MOESTISSIMA

*Hodiè, in Aede Marianâ, circa horam primam  
paratas cupit,*

Omnes omnium ordinum cives Acade-  
micos amanter invitat.

ROSTOCHII,

Typis Heredū JOANNIS KILII, Acad. Typogr. 1676

175

UNIVERSITÄT ROSTOCK  
RECTOR

HEINRICHUS  
DOLPHUS

J. C. de ...



CASPAR  
HARTMANN

J. U. D. ...

...

...

...

...



Salutem!



**N**ondum proch dolor!  
pallida mors definit docto-  
rum pariter & indoctorum,  
ædes pulsare, & inrer omnis  
sexus atque dignitatis ordi-  
nes venenatis telis grassari,  
nobisq; lugubre scribēdi pro-  
grammata suppeditare argu-  
mentum. Dum enim sperabamus, lævitum satis in vi-  
scera academica, eò quod, nō adeo nuper, Clarissim: o-  
rū Medicorum conjugib; pariter & florentissimis qui-  
busdam studiosis, ultimum honorem decernere, &  
exequias ire debuimus: Ecce! novus & planè inspera-  
tus casus mentē studiaq; nostra iterū turbat, quando  
*Vir Consultissimus & Excellentissimus Dominus Casparus*  
*Habermannus J. U. D. & Professor Institutionum celeberrimus,*  
*Collega & Compater noster honorandus,* cum maxi-  
mo suorum præprimis, nec minùs nostrorum omnium  
luctu atq; mœrore, mortalitatem exiit. Persuadebat  
sibi Vir Clariss: imminente jam æstate, præteriisse  
malam, quam semper metuit, labem, contagionem-  
que, quam suspectam vitæ suæ habuit, defecisse; ast  
*Regitur.*



*Regitur fatis mortale genus,  
nec sibi quisquam spondere potest  
firmum & stabile: perque casus  
volvitur varios semper nobis  
metuenda dies.*

Neq; potuit ullâ ratione, vel providâ etiam cautione, consultiſſimus ceterum juris, evitare morbi contagia, & inde proveniente[m] moriendi necessitatem, quamvis curatissimè id egerit semper, ne in corpus suum illa penetrarent. Quoniam, Ammiano teste, *in nulla vis humana, vel virtus, unquam meruisse potuit, ut, quod præscripsit fatalis ordo, non fiat.* Nam ut ait ille:

*Ad fatum suum venire multi id ipsum dum timent.*

*Certa si decreta fors est, quid cavere proderit?*

Homini cuicumque hæc dicta lex est, quod mori necesse habeat, & quod terminum decretorium nullâ arte vel prudentiâ possit declinare, minus evitare: idque nos suo exemplo & calu docere potest Collega noster, dum vixit, honoratissimus. Natus autem is est Wupselii, in Dynastia Jeverensi, Anno 1635. Patre Viro Honestissimo & Doctissimo *Johanne Habermanno*, alias *Haberkorn* dicto, dicti loci pædagoogo & substituto concionatore: Matre autem Feminâ piâ *Metta Engelbrechts*. His probis parentibus progenitus, in fonte sacro, cum christianis Myſteriis initiaretur, *Caspari* nomen accepit, ipsique cum lacte materno veræ pietatis præcepta sunt instillata, & indoles, quæ egre-

egregiè composita videbatur, domesticis monitis & paternâ informatione est exitata. Verum enimvero non diu parentum educatione est gavisus, sed vix infantix annos egressus, orphani sortem & miseriam, subire coactus est: nam utroque parente orbatus studia, ab incunabulis feliciter cœpta, relinquere debuit, cum necessariis destitueretur adminiculis. Ad annos itaque pubertatis usque vago quodam vivendi genere primam ætatem insumsit: Donec illorum consilio & auxilio animum ad studia iterum adplicaret, quibus de ingenii ejus felicitate & promptitudine rectius constabat, quibusve indubiam spem faciebat, fore, ut tandem in egregium virum evaderet. Uti itaq; in ipso eximia laus semper fuit præstare ingenio, ita longè major & præstantior, quod ingeniũ eximiis dotibus ornatum, liberalibus artibus & præclaris disciplinis expoliverit. Id autem in Scholis trivialibus, intra lustri spatium, tanto cum ardore, tantâque cum dexteritate, præstitit, ut dignus ab illis, quibus ejus censura committebatur, judicaretur, in scholas pergere regias. Noluit autem immaturo ausu, quod multi cum damno irreparabili experiuntur, ad altiora studiorũ auspicia contendere, antequam solida posuisset humanioris & elegantioris literaturæ fundamenta: cum sæpe cruda Academicorum libertas, vel potius concepta licentia vivendi, ad pertexendam studiorum telam, & mores ritè rectèque formandos, magnum impedimentum ferre soleat; quoniam juveni-

ibus

A 3

lis ani-

lis animus, errorum voluptate nutritus, haud facile in  
regiam ducitur viam, & morum corruptorum emen-  
dationem tuto promittit. Proinde, amicorum suorum  
suasu in Inclytum Gymnasium Bremense, ut præcep-  
tis civilis doctrinæ, & Historiarum cognitione pri-  
mum inbuereretur, se contulit; quoniam principia mo-  
ralis Philosophiæ, & notitia rerum antea gestarum, ad  
veram jurisprudentiam multum ponderis tribuit.  
Confirmatus itaque studiorum illorum fiduciâ, co-  
gnatorum & fautorum suorum hortatu & suasu, ex  
Gymnasio in Academiam, servato studendi ordine,  
adspiravit, & Pragensem Academiam, in Bohemiâ ce-  
leberrimam primum salutavit, in quâ integrum trien-  
nium, tanquam ad pedes Gamalielis sui sedit, & sub  
institutione Viri Clarissimi & Præcellentissimi Domi-  
ni Wenceslai Zimmermanni S. S. Theol. & Philos.  
Doct. nec non Professoris Ordinarii, Philosophiæ cur-  
sum, magno cum ardore discendi, absolvit. Exacto  
illo triennio academico in Patriam redire apud se  
constituit: adeoq; per Saxoniam iter fecit, & Lipsiam  
Academiam fulgidissimam pervenit. Quoniam au-  
tem tum loci commoditas, tum Professorum claritas  
illum facilè ibidem remorabatur, post triennium feli-  
citer actum, summos in Philosophiâ honores & Magi-  
stri titulum cum applausu impetravit. Nec, quod à  
Magistri nomine & officio planè alienum est, nume-  
rum duntaxat illorum, qui hoc honoris titulo super-  
biunt, auxit, sed in disputando & legendo se assiduum  
audi-


auditoribus suis, commilitonibusq; præbuit. Deinde per septennium, quo studium utriusque juris definire sueverunt veteres Interpretes, jurisprudentiæ, tanquã humanarum & divinarum rerum scientiæ, se totum mancipavit, & ita integrum decennium in Lipsiensi Academiã absolvit; idq; interea tam publicè quàm privatim, summâ ope, indefesso labore, & alacri studio præstitit, seq; sic eruditum ostendit, ut spes pulcherrima officii publici eum semper foverit. Nec optata defuerunt: Cum enim, relicta Lipsiã, in hanc nostram veniret Academiam, non defuere, qui ejus studia & honestos conatus promoverent. Nam potestatem jura privatim interpretandi, ab Amplissimâ Facultate Juris, facillè obtinuit, seseque, pro cosequendis summis in jure honoribus, quos, toto legitimo opere perfectò, omninò merebatur, examini rigoroso stitit, & Theses Juridicas, curatè scripsit, An. 1668. solenniter gloriosèq; tutatus est. Tandem, post exantlatos tot labores, de contrahendo matrimonio fuit sollicitus, & sponsalia, Deo sic providente, cum lectissimâ Virgine, jam Viduã mœstissimâ *MARIA, Viri Prudentissimi Dni DAVIDIS Brandes / Senatoris & Camerarii Rostochiensis spectatissimi filia*, celebravit, quæ quinto Maji An. ejusdẽ per sacerdotalem benedictionem, cum simul gradum Doctoris admitteret, consummavit. Vixit in illo statu per triennium, & continuis lectionibus, disputationibusq;, studiosam juventutem fidelissimè exercuit. Eoque factum est, ut non tantum in hac urbe,

urbe, sed & in totâ Provinciâ & Aulis ducalibus, propter singularem eruditionem, & docendi promptitudinem, innotesceret. Itaq; A Serenissimo Principe ac Domino Don. CHRISTIANO LUDOVICO, Duce Mecklenb. &c. Academia nostra Cancellario Magnificentissimo, & Dn. nostro Clementissimo ad Professionē Institutionum Juris An: 1671. vocat<sup>9</sup> & promotus est. Quod officium dignitatis cum laude exornavit, &, tam publicè quàm privatim, cupidæ legum juventuti opem operamve omnem solertissimè addixit. Conjugium, quod in octenniū usq; ex divinâ clementiâ, sustentavit, fuit animorum consociatione concors, & suavi prole beatum, Tres siquidem filios, DAVID WILHELMUM, JOHANN-CASPARUM, & CHRISTIANUM, unamque filiam MARIAM ELISABETHAM reliquit superstites, qui amissi parentis jacturam nondum sentiunt, quos ideo, unâ cū matre mœstissimâ, divinæ protectioni commendam<sup>9</sup>, illisq; solamen supremi numinis devotè precamur. Ante quatuordecim præter propter dies malè se habere cœpit, & continuo Viri Excellentissimi & Experientissimi Dni. SEBASTIANI WURDIGII Med. D. & P. P. adhibuit curam, qui, quâ arctâ necessitudine defuncto conjunctus est, expellendo morbo omnem curam adhibuit, sed illo eheu! eventu, ut exequialia hæc parare cogamur. Adhibuit, maturè ergo, cum in humanis nil consilii vel auxilii superesse animadverteret, æternæ salutis medicinam, seque Salvatoris nostri voluntati commisit, & post veram pœnitentiam, acceptumque viaticum Sacræ Synaxeos, præteritâ die martis, circa sextam matutinam, inter preces & pia vota, placidè expiravit, anno ætatis quadragesimo primo. Cum itaque ex animo corpori hodiè, ad horam primam, solennia foneris facienda sint, Nostrum erit, Cives Academici Honoratissimi, Collegæ, Professori, & amico desiderato, frequentes ire exequias, & cogitare

HODIE MIHI, CRAS TIBI.

Rostochii sub Sig. Rect. 7. Junij anno 1676.











auditoribus suis, commilitonibusque  
per septennium, quo studium utriusque  
sueverunt veteres Interpretes, juris  
quã humanarum & divinarum rerum  
tum mancipavit, & ita integrum d  
ensi Academiã absolvit; idque interea  
privatim, summã ope, indefesso labo  
præstitit, seq; sic eruditum ostendit  
rima officii publici eum semper fov  
fuerunt. Cum enim, relicta Lipsiã, in  
niret Academiam, non defuere, qui  
nestos conatus promoverent. Nam  
privatim interpretandi, ab Amplissimi  
facile obtinuit, seseque, pro eoque  
jure honoribus, quos, toto legitimo  
omnino merebatur, examini rigore  
Juridicas, curate scriptas, an. 1668. so  
tutatus est. Tandem, post exantia  
contrahendo matrimonio fuit solli  
Deo sic providente, cum lectissima  
duã moestissimã *MARIA, Virgini  
DAVIDIS Brandes / Senatoris  
chiensis spectatissimi filia*, celebravit,  
ejusdem per sacerdotalem benedicti  
gradum Doctoris admitteret, con  
in illo statu per triennium, & con  
disputationibusque, studiosam juve  
exercuit. Eoque factum est, ut

Deinde  
definire  
re, tan  
æ, se to  
in Lipsi  
cẽ quam  
ri studio  
pulcher  
ptata de  
tram ve  
lia & ho  
tem jura  
ate Juris,  
amis in  
perfecto,  
Theses  
lorioseq;  
pores, de  
onsalia,  
jam Vi  
imi Dni  
ri Rosto  
Maji An.  
m simul  
Vixit  
onibus,  
elissime  
m in hæc  
urbe,

